

DE CONSERVANDA

spleni & temperatura eius, eodem serè modo, quo e-
pati, nocumeentum inferat, oppilando scilicet, & in-
durando. Quintum, quòd calculum generet, &
maximè in renibus (qui quidem colore ruber est, &
friabilis) propter oppilationem, quam ex substantiæ
sue crassitie facit. Et hoc uirtutem habet in musto
dulcioris uini, cui non sunt admixtæ nitrosæ, & mor-
dicantes feces. Mustum enim cui illæ admixtæ sunt, la-
pidis generationem perturbat. Quippe quòd urinã
uementius cecat, cuiusmodi nonnulla sunt ex Rhe-
nensibus quæ arenulas per urinam, secum agunt, tum
frequentiùs etiam ad mingendum impellunt. Frequens
enim mixtio motu suo adherentes arenulas abstergit
& aufert.

DE POTV AQVAE. CAPVT XXVII.



Potus aquæ sumptus comedenti in-
commoda præstat, Hinc